



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,  
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnium Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

**Nádasi, János**

**Coloniae Ubiorum, 1667**

21 Aprilis. 11 Kal. Maji.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53527)



21 Aprilis. 11 Kal. Maji.

**S**Ancte Anselme Episc. cui mundum, velut immundissimam fœdæ paludis colluviem, & cælum, instar amœnissimè splendidi palatii, ostendit Deus: qui, tum adhuc puer, visus tibi es in cælo, ad pedes Dei, candidissimum panem comedere. quem orantem ingens splendentis flammæ globus circumdedit. Inflamma me; ut bene vescar orationis pane. Ora, ne me immunda hæc palus mergat abyssi inferni. Erit, quando ex hac palude liberabor tandem: felix, si feliciter! Ora, quæso, ne, vel internavigandum in hac palude, vel in portu, naufragium patiar felicitis æternitatis; verum ad illud Regis Dei palatium, in aulâ æternitatis, per veniam. Amen.

S. Simeon Episc. cum Abedechalâ, Ananiâ, Puficio, & centum aliis Martyribus, gloriose hortator, & Martyr.

S. Wolbodo Episc. qui totum psalterium, cum aliis precibus, quotidie, ante sacrificium recitabas: qui S. Laurentio piè ad dictus, illum vidisti, & ab illo tunc mortis



mortis tempus didicisti : qui adstantem tibi in morte dæmonem, aquâ benedictâ, & verbis divinæ spei plenis, abegisti ; post mortem quoque visus aræ S. Laurentii assistere, tanquam sacrificans.

Sancti Arator Presb. Fortunate, Felix, Silvi, & Vitalis, qui in carcere quievistis.

Sancti Apollo, Isaci, & Crotates, Martyres.

S. Anastasi Sinaita, Episc.

OMNES SANCTI, &c.

pag. 320.

S. MARIA, quæ S. Anselmum, excellentia tua Scriptorem, in profundam cisternam noctu prolapsum, teque invocantem, illa sum servasti. Ora, ut gratuler excellentia tua. Serva me ab omni tenebrarum prolapsione illa sum!

S. MARIA, quæ Henricum tuum novitium, ad preces agrè surgentem, eoque tentatum, tuo aspectu solata, & veste velut percutiens, suavissimâ quiete tranquillasti ; ut deinceps, ad orandum, facillimè, libentissimèque surrexerit. Tolle, Domina, tolle à me, quicquid me impedit, ne benè orem!

22 Aprilis.



22 Aprilis. 10 Kal. Maji.

**S**ANCTE Theodore Episc. quem  
 utero gerens mater, vidit stellam  
 è cælo in sinum suum descendere:  
 quem sexennem vestibus pretiosis  
 pro aulâ instruenti matri tuæ S.  
 Georgius apparuit, & dixit: *Quôd-*  
*nam, mulier, de puero consilium cepi-*  
*sti? Ne frustra laborem suscipias. Rex*  
*enim, qui in calis est, ipsum sibi re-*  
*quirit: quem ægrum decedentes*  
 ex imagine Crucifixi duæ roris  
 guttæ sanârunt: quem, ad orandum  
 excitatum, ad suum templum de-  
 duxit manè S. Georgius; idemque  
 te contra dæmones, & contra fœ-  
 minas, te à templo prohibentes, en-  
 se stricto iis minatus, defendit: cui,  
 duodecim annos nato, Rex JESUS  
 visus dixit: *Strenuè pugna, Theodore,*  
*ut perfectam in cælesti militiâ merce-*  
*dem accipias; & tunc admirabili si-*  
*lendi desiderio exarsisti: cui à dæ-*  
*mones, sub amici specie latentis,*  
 tentato, S. Georgius manum ap-  
 prehendit, & dixit: *Veni, sequere me;*  
*et ne audias tentatorem illum, qui*  
*animam tuam quarit: neque enim*  
*amicus tuus est, sed nostri generis ini-*  
*micus. qui calicem, è mulieris im-*  
 pudicæ